

CRISTINA SETTI

Una fonte densa di tracce: le Raspe dell'Avogaria di Comun (Repubblica di Venezia, secoli XVI-XVIII)

Atene, 29-11-2016

Esempi tratti da Archivio di Stato di Venezia (ASVE), Avogaria di Comun, reg. Raspe, reg. 3685 (anni 1583-1586).

1) INTROMISSIONE (CIVILE)

c. 170r-v:

Serenissimus Dominus Praesidens in Consilio de XI^a Civili Novo loco domini Raymondi Gritti, olim et in hoc Advocatoris Communis/

1584, INDICTIONE XII

Die 17 Maii.

PRO CAMERA FISCALI RHODIGI; ET CONTRA DOMINUM AURELIUM DE SILVESTRIS, EQUITEM; Pro qua camera fiscali, per antescrptum Serenissimum Dominum praesidens [*sic*] in antescrpto Consilio loco antescrpti domini olim advocatoris, posita fuit pars, tenoris infrascripti videlicet.

Quod iste actus spectabilis domini Petri Erizzo, olim Potestatis et Capitanei Rhodigii, quo sub die 18 februarii proxime praeteriti, vissit vendi debere ad publicum incantum bona consignata per dominum Gasparem Locatello, et dominum Antonium Bonacursium magnificae camerae fiscali Rhodigii, cum omnibus suis sequutus, annexis, connexis, et dependentiis, tanquam actus factus ad gravamen viri nobilis domini Joannis de Ripa camerarii, incidatur, cassetur, revocetur, et annulletur, itaque de coetero sit nullius vigoris, efficaciae, vel momenti, tanquam si latus minime fuisset, partibus pristinum statum revertentibus, et in omnibus, et per omnia iuxta formam intromissionis dicti clarissimi advocatoris diei 28 Octobris 1583, et in primo consilio quod fuit die 15 maii, nulla facta fuit disputatio, sed absente altera parte, licet citato domino Sylvio Fortezza, commisso dicti equitis domini Aurelii de Sylvestris, pro ut patet de citatione annotata in actis consilii diei 10 aprilis proxime praeteriti, et posita supradicta parte, servato iuramento, et acceptis ballotis, fuerunt omnes non syncere __XXXIII__.

In secundo autem Consilio quod fuit die 16 dicti mensis Maii, causa disputata fuit per virum nobilem dominum Franciscum Bembo contradictorem Consilii, nomine Camerae fiscalis, cum praesentia excellentis domini Hieronymi Taliapetra advocati fiscalis; cui respondit dominus Eugenius Fortezza, advocatus et nomine magnifici equitis de Sylvestris, absentis, sed praesente pro eo, domino Octaviano Zabarella, eius nepote, et domino Sylvio Fortezza eius commisso, pro ut patet de commissione in actis¹ Replicantibus hichinde vir nobilis dominus Joanne Antonio Bono avvocato fiscali, et eccellente domino Camillo Tridento, et posita supradicta parte, videlicet.

Quod iste actus spectabilis domini Petri Erizzo, olim Potestatis et Capitanei Rhodigii, et cetera in omnibus ut supra, servato iuramento et receptis ballotis, numero __XXV__ fuerunt, nonsyncere __II__, de non __II__, de parte / __XXI__. Et sic incisus remansit.

2) GIUDIZIO “EX OFFICIO”

c. 195r-v:

dominus Aloysius Michael, dominus Joannes Baptista Bernardo, dominus Nicolaus Donado Advocatores Communis ex officio/

1584, INDICTIONE XII

1 Punti di sospensione lasciati dallo scrivente.

Die 14 Julii.

HIERONYMUS BALANZANUS, QUONDAM PETRI, NOTARII CANCELLARIAE DUCALIS;

Contra quem, **per antescriptos dominos Advocatores Communis ex eorum officio** processum fuit, et est, utpote culpatus quod in die dominico Apostolorum a prandio, dum Raynaldus barcharolus, et gastaldio traiecti Sanctae Mariae Magdalenaes esset apud pontem Sanctorum Gervasii et Prothasii, et invenisset praedictum Hieronymum peteretque ab eo mercedem eo quo per antea cum eius cymba eum vehiculo duxisset, qui quidem Hieronymus negando sibi aliquid debere, verbis insimul altercando, unde Hieronymus accurrens in apotheca scaletarii, ibidem vicina, et ibi accepto quodam gladio, exiens ex ipsa admenare caeperit contra dictum Raynaldum, a quo vulneratus remansit in faciem, per transversus nasum, et oculum sinistrum, per longitudinem dimidii digiti, et ut in relatione chirurgi; pro qua quidem culpa, **mandato dominorum Advocatorum, constitutus fuit**, et se defendendo, dixit, lacessitum fuisse iniuriis, et pugnis ab eo percussum, unde coactus fuit vim vi repellere, factisque defensionibus per testes examinatos, licet non legitimus, fuit per antescriptos dominos Advocatores viso processu, et omnibus matue consideratis expeditus, quod stare debeat per mensem in carcere clauso; et quod solvere debeat Raynaldo barcharolo offensus expensas, medicos, medicinas et mendum, si erit, iuxta liquidationem faciendam per dominos Advocatores Communis et in expensis processus. Cum hac conditione, quod non possit ex carceribus liberari, nisi praedictis omnibus integre satisfactis. Mandantes ita annotari.

3) CONCLUSIONE DI PROCESSI DI NOBILITAZIONE

cc. 290v-291r:

ser Joannes Baptista Bernardo, ser Aloysius Bragadeno, ser Petrus Lando Advocatores Communis in Collegio Solemni/

1584, INDICIONE XIII

Die 19 Februarii

PRO SER FRANCISCO, ET SER JOANNE VENERIO, DE CROETA, QUONDAM SER JACOBI, QUONDAM SER ANTONII, QUONDAM SER JACOBI.

Pro quibus, per antescriptos dominos Advocatores in antescripto Collegio solemnii, posita fuit pars tenoris infrascripti videlicet.

Si videtur vobis, per ea, quae dicta, et lecta sunt, quod isti ser Franciscus Venerio de Creta, natus de anno 1531, 8 martii, et ser Joannes eius frater, natus de anno 1532, 23 februarii, de legitimo matrimonio, ex quo ser Jacobo, quondam ser Antonii quondam ser Jacobi, et ex quo nobile domina Agnete Mazzaman quondam viri nobilis ser Angeli, quod bene et legitime probaverint, se esse, per se, et suos, et per vigintiquinque annos, de Maiori Consilio Venetiarum an non; cum Advocatores Communis per ea, quae dicta et lecta sunt, habeant, et teneant ipsos bene et legitime probasse, et scribi debere in libris Nobilium Venetorum officii Advocariae.

Delatoque iuramento Collegio, et datis, atque receptis in eo ballotis LI_, fuerunt nonsynceri XII_, de non 0_, de parte / XXXVIII_, et sic captum fuit, pro ut supra continetur.

Esempi tratti da ASVE, Avogaria di Comun, Raspe, reg. 3698 (anni 1612-1615).

4) REVOCA, IN APPELLO, DI UN BANDO

c. 9v:

vir nobilis ser Paulus Mauroceno Advocator Communis in Consilio de XL.ta Civile Vetero
1612
die 16 Maii

PRO ALEXIO FOTINÒ. Pro quo, per contrascriptum dominum Advocatorem in contrascripto Consilio posita fuit pars tenoris infrascripti videlicet.

Quod ista sententia spectabilis Regiminis Zacynthi publicata sub die 18 Septembris 1611 contra Alexium Fotinò, in ea parte ubi ipse Fotinò remansit bannitus **de hac civitate Venetiarum**, tanquam sententia in ea parte, male, indebite, et **contra formam legis 1569, 9 septembris**. Auctoritates huius Consilii, incidatur, cassetur, revocetur et annulletur in ea parte, ac **si unquam** lata fuisset et scribatur spectabili Regimini Zacynthi quod aboleri faciat dictam sententiam bannitoriam, in ea parte ut supra ex omnibus libris, raspis et filciis super quibus ipsa sententia descripta appareret, publicari faciendo in locis solitis et consuetis istius Regiminis dictam abolitionem, ad omnium claram intelligentiam.

Delatoque iuramento Consilio, et datis atque receptis in eo ballotis __31__, fuerunt nonsincere __1__, denon __0__, et de parte __/__30, et ita captum fuit pro ut supra legitur et continetur.

5) SENTENZA IN VOLGARE VENEZIANO

cc. 73v-75v:

vir nobilis ser Paulus Mauroceno olim, et in hoc, Advocator Communis in Consilio de XL.ta Criminale

1613
Die 15 Maii

GUIDOTUS REATO,

PETRUS MATHEI ZONFETO,

HIERONIMUS PAVIA, OLIM NOTARIUS SUBSTITUTUS QUONDAM DOMINI MARCI BEMBO NOTARII OFFITII ADVOCARIAE COMMUNIS ABSOLUTUS.

Contra quos, et eorum quemlibet, processum fuit et est per contrascriptum dominum, olim et in hoc Advocatorem, in contrascripto Consilio utpote culpatos videlicet:

Guidotum et Petrum. Che mentre il mese di marzo passato 1606 dovesse de qui partire per Alessandria et Soria la nave Reata, et la nave Pigna, overo Rubbi, fu per l'eccellentissimo Collegio intimato a Domenego d'Antonio dalla Pigna parcenevole di detta nave Pigna, overo Rubbi, patron Manea d'Orlando, et Piero Reato parcenevole della nave Reata, patron Piero de Maffio Zonfetto, che per quei rispetti che movevono l'eccellentissimo Collegio, in pena de ducati 500, et altre pene, dovessero, partendo de qui, andar uniti al loro viaggio, dovendo esser capitanea et comandare Manea d'Orlando patron d'essa nave Rubbi, Guidotto Reato uno de parcenevoli, che era sopra detta nave, et il sopradetto patron. Nel detto viaggio voltegiavano sempre, et prendevano camin diverso dalla conserva, in tanto che sopragionti da fortuna, et essendosi salvati l'una a Ragusi, l'altra a Budua, gionse prima dell'altra la Reata nell'isola del Zante, ove si fornì delle cose necessarie, et volendo quelli della nave Rubbi che gionse doppo far l'istesso, detto parcenevole et patron della Reata, la domenica, che era il giorno santissimo di Pasqua, senza aspettar la conserva fino il giorno diedo che fu il luni, volsero partire; et navegando soli contra il comandamento, arivorno in Alessandria avanti della sua conserva, con grandissimo risegho dell'interesse publico, et particolare. Né contenti di ciò, nel partirsi poi de Alessandria, essendo di novo repplicata l'istessa pena dal consolo a parcenevoli et patroni sopradetti de navigare sempre unitamente, rissolti essi parcenevole, et patron Reati, di navigar soli restorno da diedo, in tanto che essendo aspettato, mainando le velle della Rubbi: scoperto un berton corsaro di sopra Sapia, che l'andava incontrando, vedendo il pericolo, si venero da novo a riunire con essa nave Rubbi, et promettendo il sopradetto parcenevole Reato, et altri de nave, et il patron della Rubbi di non abandonarsi: essendo massime, et per il numero delli homeni, et de vascelli, in stato di potersi non solamente diffendere; ma essendo uniti di prender il berton; mentre la nave Rubbi si apparava alla battaglia, et già era attaccata con detto berton, detto Guidotto parcenevole, et Piero Patron poco stimando l'interesse et rispetto publico, li comandamenti repplicati, il danno et la ruvina di tanti interessati, la perdita certa della nave Rubbi, sparrati dui pelli soli, havendo la sua artellaria impegnata contra la forma delle leggi, si rissolsero

infedelmente et con animo iniquo et scellerato fuggirsene a piene velle; volendo anco offendere chi trattava di soccorrere essa nave Rubbi, causando in questo modo per la sua perfidia, et impietà la perdita della sua conserva, et di tanto importante cavedale et mercantia; la quale se non si fossero partiti contra gli ordini, et fede data, si sarebbe facilmente salvata.

Comettendo le predette cose scientemente, dolosamente, con scellerato animo, contra gli ordini pubblici, a danno del publico et privato et mal essemplio.

Pro qua quidem culpa, cum ex decreto eiusdem Consilii detinendi essent Capitaneusque offitii Advocariae Communis et Capitaneus offitii Sanitatis hac de causa ivissent ad lazaretum vetus, ubi ipsi iussu offitii Sanitatis contumaciam faciebant, cum hoc animadvertissent, Giudotus per fenestram in ecclesiam dicti loci se recepit, Petrus vero, cum hoc idem facere tentasset, a ministris retentus remansit, fuitque in compendibus positus, et custodiae duorum ministrorum commissus, usque ad finem dictae contumaciae. Hoc interim Giudotus Reatus dici fecit dominis Advocatoribus Communis per eius intervenientes, velle se praesentare, et ideo per [eorum] nominationes ei exhiberi facere copiam ipsarum imputationum; qua instantia intellecta, iuberunt ei dari copiam petitam, dummodo prestiterit fideiussionem ducatorum quatuormille termino dierum octo, post contumaciam completam, se praesentandi; et se praesentavit. Cumque Capitaneus offitii Advocariae ivisset ad lazaretum supradictum pro educendo carceribus Petrum Zonfetum, invenit illum in eandem ecclesiam affugisse, nihilominus ipse Petrus voluntarie se contulit in curiam Palatii, ubi Capitaneus praedictus illum detineri fecit, atque uti detentum carceribus consignavit.

Fueruntque constituti, tam de plano, quam per collegium ad hoc sortitum, et fecerunt suas deffensiones, sed antequam ad id perventum fuisset, cum dominus Marcus Bembo notarius offitii Advocariae Communis, qui processum formaverat, ex hac vita migrasset. Hieronymusque supradictus eius substitutus in dicto munere amplius se exercere non valeret, consignavit processum alio notario, post quam consignationem compertum est in eo non nullas scripturas desiderari, quae ab eo datae fuerunt uno ex dominis contradictoribus supradicti Consilii de XL.ta sic eo instante, nullam tamen de hoc in dicta consignatione mentionem fecit, atque etiam cum videretur in eo alias scripturas defficere, hoc negotium per Consilium collegio casus fuit adiunctum; conditione tamen, ut quicquid ab eo actum fuisset, in eodem Consilio confirmaretur; fuitque per collegium super hoc constitutus, atque formatus, et postea in eodem Consilio fuit eius detentio confirmata, ac eidem collegio remissus, qui denuo constitutus fuit, et fecit etiam ipse suas deffensiones, atque omnes fuerunt a Collegio expediti, et iussu dicti Advocatoris fuit processus publicus.

Per quem dictum Advocatorem introducto casu ad Consilium et post lecturam scripturarum factis debitis accusationibus, et per advocatos reorum debitis deffensionibus, praesentibus ipsis reis, die 14 eiusdem mensis Maii posita fuit pars procedendi tenoris infrascripti videlicet.

Si videtur vobis per ea quae dicta et lecta sunt quod procedatur contra hunc Guidotum Reato voluntarie praesentatum, ut est dictum. Delatoque iuramento Consilio et datis atque receptis in eo ballotis 30, fuerunt nonsincere 4 4, de non 12 12 et de parte procedendi 14 14, nihilque in hoc praedicto Consilio captum fuisset, hac die XV eiusdem de mane accessit ad idem Consilium, in eoque posuit partem et datis atque receptis in eo ballotis 28, fuerunt nonsincere 3 3, de non 11 11, et de parte 14 14, nihilque et in hoc secundo Consilio captum fuit; unde hac eadem die post in ipso tertio Consilio, in quo semel ballotatur, et nonsincere non computantur, posuit eandem partem in omnibus, ut in ea. Delatoque iuramento Consilio, et datis atque receptis in eo ballotis 26, fuerunt nonsincere 0, de non 11 et de parte procedendi / 15. Capto itaque de procedendo et positus pluribus partibus captum fuit quod stare debeat in carcere clauso lucido per biennium continuum, a quo carcere, si affugerit sit bannitus de Venetiis, et districtu, ac de omnibus aliis civitatibus, terris et locis Domini nostri Mintium et Quarnerium citra per annos decem continuos, cui banno si contrafecerit, et captus fuerit, ponatur denuo in carcere per dictum tempus tunc incepturum, et hoc toties quoties. Cum talea danda captoribus, seu interfectoibus, facta legitima fide interfectionis, librarum sexcentarum partim de eius bonis, si erunt, sin autem ex pecuniis

Domini nostri taleis deputatis et publicetur.

Expedito Guidoto, posuit partem procedendi contra Petrum tenoris infrascripti videlicet.

Si videtur vobis per ea quae dicta et lecta sunt quod procedatur contra hunc Petrum Mathei Zonfeto, ut est dictum, et fuerunt nonsincere 1, de non 10 et de parte procedendi / 15. Capto etiam de procedendo, atque positus pluribus partibus captum fuit quod stare debeat in carcere clauso lucido per annos duos continuos, a quo carcere, si auffugerit, sit et intelligatur, bannitus de Venetiis et districtu, ac de omnibus aliis civitatibus, terris et locis Domini nostri Mintium et Quarnerium citra per annos decem continuos, cui banno si contrafecerit, et captus fuerit, ponatur denuo in carcere per dictum tempus tunc incepturum, et hoc toties quoties. Cum talea danda captoribus, **seu interfactoribus**, librarum sexcentarum partim de eius bonis, si erunt, sin autem ex pecuniis Domini nostri taleis deputatis et publicetur.

Expedito etiam Petro, posuit partem procedendi contra Hieronymum Paviam tenoris infrascripti videlicet. Si videtur vobis per ea quae dicta et lecta sunt quod procedatur contra hunc Hieronymum Pavia olim notarium substitutum quondam domini Marci Bembo notarii offitii Advocariae Communis, ut est dictum, et fuerunt nonsincere 2, de parte procedendi 0, et de non / 24, et captum fuit de non, et per consequens absolutus remansit.

Bibliografia di riferimento:

- Besta, Enrico, *Senato veneziano. Origini, costituzione, attribuzioni e riti*, Venezia, Filippi, 2009 [ristampa anastatica dell'edizione del 1899].
- Cozzi, Gaetano, *Repubblica di Venezia e stati italiani. Politica e giustizia dal secolo XVI al secolo XVIII*, Torino, Einaudi, 1982.
- De Vivo, Filippo, *Information and communication in Venice: rethinking early modern politics*, Oxford, Oxford University Press, 2007. [versione italiana estesa: *Patrizi, informatori, barbieri : politica e comunicazione a Venezia nella prima età moderna*, Milano, Feltrinelli, 2012].
- Lazzarini, Isabella, *L'enquête et la construction de l'État princier entre XIV^e et XV^e siècle. Quelques exemples en Italie du nord*, in *L'enquête au Moyen âge*, études réunies par Claude Gauvard, Rome, École française de Rome, 2008, versione online: <http://www.torrossa.com/resources/an/2414057ref=http://www.publications.efrome.it/opencms/opencms/menu/catalogo/index.html?id=0&titolo=L%27enqu%C3%AAt%20au%20Moyen%20%C3%A2ge&ricerca=D>
- Magnani, Matteo, *Debiti, società e giustizia in Creta veneziana fra Tre e Quattrocento*, «Θησαυρίσματα», 44 (2014), pp. 77-108.
- Morelli, Serena, «*Ad extirpenda vitia*»: *normativa regia e sistemi di controllo sul funzionariato nella prima età angioina*, «Mélanges de l'École française de Rome. Moyen-Age», 109/II (1997), pp. 463-475. [scaricabile online dalla banca-dati www.persée.fr, oppure leggibile nel sito dell'École Française de Rome].
- Povolo, Claudio, *Aspetti e problemi dell'amministrazione della giustizia penale nella Repubblica di Venezia*, in *Stato, società e giustizia nella Repubblica Veneta (secc. XV-XVIII)*, a cura di G. Cozzi, vol. I, Roma, Jouvence, 1980, pp. 155-258.
- *L'intrigo dell'onore. Poteri e istituzioni nella Repubblica di Venezia tra Cinque e Seicento*, Verona, Cierre, 1997.
- Setti, Cristina, *L'Avogaria di Comun come magistratura media d'appello*, «Il diritto della regione. Il nuovo cittadino», 1 (2009), pp. 143-171. [online]
- *La terza parte a Venezia: l'Avogaria di Comun tra politica e prassi quotidiana*, «Acta Histriae», 22/I (2014), pp. 127-144. [online]
- Vallerani, Massimo, *La giustizia pubblica medievale*, Bologna, Il Mulino, 2005. [disponibile anche in versione inglese]
- Viggiano, Alfredo, *Governanti e governati. Legittimità del potere ed esercizio dell'autorità sovrana nello stato veneto della prima età moderna*, Treviso, Fondazione Benetton, 1993.
- Zorzi, Andrea, *I fiorentini e gli uffici pubblici nel primo Quattrocento: concorrenza, abusi, illegalità*, «Quaderni Storici», n.s., vol. XXII, n° 66/III (1987), pp. 725-751.
Leggibile online: http://www.jstor.org/stable/43778040?seq=1#page_scan_tab_contents

